Secundum autem ſ. mandatum ſ. Hæc eſt hæc, diligas proximum tuum
Joan. 13. mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. et 1. Joan. 4.
mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem ſuum.
S. 2. quod volumus nobis fieri; debemus et proximo facere, atqui vellemus
ab aliis aliqui; ex quibus patet hoc præceptum eſſe juris Divini poſitivi, et
naturalis. Probr 2a pars. Joan. 13. jubemur proximum diligere, ſicut
illi dilexit nos. et Math. 22. Sicut ſeipſos; atqui dilexit nos illi
actu interno, et eodem actu debemus nos ipſos diligere, qo et proximum
quod expreſſius declaratur 1. Pet. 1. In fraternitatis amore ſimplici ex
corde invicem diligite; unde merito ſunt damnati ab Innoc. 12. Prop.
gentes propoſit. 1a teneamur proximum diligere actu interno, et formali.
Item præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per bonos
actus externos.

Inf. Min. Hoc præceptum complectitur omnes creaturas rationales D.
ejusdem nobilem beatitudinis capaces; nam ij omnes, et ſolæ charitate
Divina amari poſſunt, et debent, quibus debemus, et poſſumus propter
Deum velle communem bonum beatæ, in cujus communicatione, et capa-
citate fundatur dilectio charitatis; ac proin complectitur omnes
Angelos, ac homines beatos, animas in Purgatorio detentas, et omnes
homines viatores, quæ ſunt juſti, amici, conſanguinei, catholici, quæ pec-
catores, inimici, extranei, et infideles. unde tenemur omnes omnino
homines in universali amare nullo excepto; in particulari vero hos
determinate, quibus opitulari debemus. unde ſolæ dæmones, et ho-
mines jam damnati excipiuntur, qui ſi ſunt beatitudinis incapaces.

Inf. 2do. Hoc præceptum ſaltem affirmativum obligat ad amor- H.
dum proximum propter Deum amore benevolentiæ affectivo, et effec-
tivo, ſicut nos ipſos amamus in idem. Secundum omnimodam æqua-
litatem ad ſecundum ſimilitudinem; ita ut idem bonum proximo veli-
mus, et ei quantum poſſumus, procuremus in neceſſitate, quod tene-
mur nobis velle, et eidem præcipuè beatitudinem æternam,
ac media ad eam neceſſaria; ſecundario autem bona temporalia ne-
ceſſaria ad vitam corporalem convenientem conducentia.

Inf. 3io. Hoc præceptum obligat ad eliciendum actum internum S.
amoris ſaltem in vita, et etiam ad exercendum externum, ubi effec-
tivum amorem; certo tamen non poteſt tempus determinari, quo præ-
ceptum dilectionis proximi per ſe obliget, ſed cum ſæpius obliget,

monendi sunt fideles, ut attente recitent orationem Dominicam; per hanc enim perficiuntur elici possunt actus dilectionis erga proximum. per accidens autem actus interni dilectionis proximi obligat Amodum gravis urget odij tentatio, qa absq; actu dilectionis nō potest superari. 2do. cum videmus proximum gravi injuria affici in bonis sive corporis sive animi, sive fortunæ. 3tio. toties ex præcepto charitatis debemus proximo succurrere, vel onera ejus portare, toties internum illum affectum nos elicere oportet.

6. Exp. 4to. Hoc præceptum, quatenus est negativum, vetat pro gravi tempore odium, et omnes actus oppositos amori benevolentiæ; ne scilicet proximo ungam velimus, optemus, inferamus malum spirituale, nec etiam temporale; porro duo sunt regulæ universales Catholicæ hujus præcepti; pro affirmativo omnia, quæcunq; vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Math. 7. pro negativo: qd ab alio oderis tibi fieri, vide, ne tu aliquando alteri facias. Tob. 4.

7. 2do. Dlo. Præceptum charitatis erga proximum obligat etiam erga inimicos, perinde, ac sit tales nō essent. communis. Probatur. Exod. 23. Si videris asinum odientis te succumbere sub onere, nō pertransibis, sed sublevabis cum eo. Prov. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere; et ne putes, tantum externos actus præcipi Math. 5. legitur: diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos. unde D. Chrys. hom. 19. operis imperfecti in Math. c. 5. ait: diligi inimicos fides præcipit. S. L. jubemur diligere proximum, qo et inimicum, cum sit et ille proximus, pro solvendis objectionibus.

8. Nota 1mo. Math. 5. legitur quidem: diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum; verum hæc ejus dictum antiquis, nō à Deo, nō à Mosse, nō à Scriptura, sed à scribis, et phariseis male interpretantibus Levit. 19. diliges amicum tuum, ex qo sciebant inferebant: odio habebis inimicum tuum. 2do. Deus quidem impossibilia nō jubet. est inimicos diligere, etsi videatur impossibile naturæ sibi relictæ, nō tamen naturæ per gratiam adjutæ, sic enim fecit Paulus in Abydon, Stephanus in lapidantes, imo et Deus in suos occisores.

9. Infer. 1mo. Ex charitate obligamur erga inimicos generatim ad ea omnia, ad qa teneamur erga proximum modo supra explicato; speciatim vero teneamur 2do. omne in nos odium, ac vindicta affec-

tum deponere, et omnes offensas, ex corde eis remittere, licet veniam
ni petant, imo in odio contra nos perseverant & Matth. 6. d. Si non dimiseritis
hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, unde nunquam
licet ex velle malum, ut eorum malum, nec de malo, ut eorum malo
gaudere, vel de eorum bono ut eorum bono dolere, hoc enim sunt actus
odii. 2do. tenemur eos non excludere ab uno actu interno charitatis,
quem erga proximum elicimus, sed eos in eo generatim includere, imo in
particulari hos vel illos, nec determinate diligere, quoties periculum est
ne ob gravem injuriam acceptam eos diligimus, eisque malum optemus,
ut sæpe contingit. 4to. ut inimicis ex interno affectu exhibeamus
communia dilectionis signa, quæ aliis communiter hominibus ejusdem
conditionis exhibere solemus; unde graviter peccaret, qui inimicum
excluderet ab eleemosynis, quæ certis hebdomadæ diebus fiunt om-
nibus pauperibus, pro eis ad januam sese offerentibus, vel à salutatio-
tione, vel ad interrogata responsione; vel à mercium expositarum
emptione. Dixi: communia signa: specialia quippe signa benevolen-
tiæ, talia sunt visitare, familiariter colloqui, ad convivium invi-
tare regulariter loquendo ut teneamur inimicis exhibere extra ca-
sum necessitatis. Dixi: regulariter loquendo: quia in quibusdam casibus
specialia illa dilectionis signa inimico, quamvis prior offenderit
præstare teneamur. Nimò. cum ea spes probabilis affulget Deum
orandi, Sibique reconciliandi proximum, alias in odio, et inimicitia
perstiturum, vel etiam magis graviorem injuriam quia ex charitate tene-
mur grave damnum proximi præsertim spirituale, licet ex eius cul-
pa obveniens impedimentum vel tollere cum possimus. 3tio. Inimi-
cos ante injuriam illebamus salutare ad conversationem admittere; eadem
benevolentiæ specialia signa post injuriam illatam teneamur præsta-
re, nisi circumstantiæ speciales aliud patuerint, vel ab eo excusent; quia
eorum signorum denegatio esset circumstantias speciales censetur com-
muniter signum odij, vindictæ, vel ultionis, ac proin odij homitem ab-
ministrat, populumque scandalizat, quod charitati maxime adversatur.
Dixi: nisi circumstantiæ: prout postulare videntur Inno. 4. prudenter
existimetur, quod inimico profutura non sit specialis illa benignitas
nostra, imo potius obfutura, eo, quod ea sit absurdus, ut pejor fiat
2do. si inimicus provocatur ad meliorem mentem potius reducendo,

a noviisq injuriis revocandus Ignorum Bonum Specialium omissione
qia tunc charitatis est, illa omittere.

10. Inf. ulterius 3mo. st inimicis in recessitate constitutis opitulemur,
et Damnum ipsis alias imminens in honore, fama, pecore, et bonis
fortunae impediamus; Dum sine gravi nostro Damno possumus; sic enim
nobis finis vellemus, et sic praecipit Xtus Matth. 5. benefacite his, qi od.
runt vos. 2do. ut inimico veniam petenti etiam statim post accep:
tam injuriam ceteriora benevolentiae, et condonationis Signa privatq
quisque exhibeat; tunc enim horum omissio reputatur quidam odij Sig:
num, vindicta, et Scandali Causa ad majorem rancorem, et odium pro:
vocans inimicum. Dixi 3mo. statim post acceptam injuriam; sic enim
praecipit Xtus. cum dicit Luc. 17. Si Septies in die peccaverit in te
frater tuus: et Septies in die converssus fuerit ad te dicens: poe:
nitet me, dimitte illi, atqi vult statim dimitti, qi vult Septies in
die dimitti. Dixi 2do. privatus quisque, qia qivis ligarior offensio
aligando correptionis, et aliorum exemplis Causa potis externa condo:
nationis Signa differre, modo in corde dimittat, et charitatem servet;
qia ad amoris potius Signum est, quam odij utpote tendens in bonum
Subditi, vel Communitatis; multa tamen privatia in eo requiruntur,
ne plus aqo Subditus jacerbetur.

11. Inf. adhuc 1o. si alterum injuste offendit, tenetur veniam petere: nam
id exigit ratio justitiae; quod si duo mutuo offenderint, tunc si offensio
sit aqalis gravitatis tenetur reconciliationem petere, qi prius of
fendit; qia qi prius lapsus fuit, prius jus habet exigendi Satisfactio:
nem; si autem offensio sit inaqalis, tenetur ille, qi gravius offendit,
nam gravior offensa pravalet priori minus gravi, et sic prius compensa:
ta est; et excessus ille est quasi nova injuria, qa novum jus laso dat
exigendi Satisfactionem. 2do. non tenemur inimico remittere Satisfactio:
nem debitam V. g. honoris, famae, vel pecuniae, qia cum exigere id est vin:
dicta. Sed ipse juris; iam injuriam passus habet jus ad congruam Satis:
factionem, et jus illud per legitimam potestatem prosequendi; et hac com:
peasatio non expetitur, quatenus est malum inimici, Sed quatenus in nos:
trum bonum justum cedit, et malum nostrum injustum expellit;
nec adversus illum licet instituere actionem tum civilem, tum cri:
minalem, modo id non fiat ex odio, aut vindicta; civilem Scilicet, ut
Damnum illatum compensetur, criminalem vero ex amore publico
justitiae; caeterum plerumq modus vacat peccato, cum

pauce amore justitie #dicantur, plurimi inducta splenda desiderio.
Zafer. Saro laga agam ad privatum arbitrum satisfactionem ab ini. 12.
mico oblatam ordinarie teneatur acceptare ex precepto charitatis; qa
vetat, ne qis alteri faciat, qđ sibi notabiliter fieri n vult. Dixi ordi-
narie: qia quandoq necesse est, satisfactionem injuriarum prosequi apud
judicem, et hoc tmum s reus Reipublica noxius ob continuas, qas ex-
citat, rixas, et hac correctione indigent, ut alios similiter injuriare
desinad. 2do. s ita gravis esset offensa, ut infamia, qa in totam reci-
dit familiam, n posset absq hac juridica satisfactione deleri.
Collgs 3tio. Non est obligatio petendi veniam 3tio si injuria n fuerit 12.
gravis, aut s alter intulerit graviorem. 2do. quado aliter laso potest
satisfieri, v.g. per pecunias, vel per alia signa honoris, vel amicitia per
interpretionem aliorum. 3io. quando injuria mutuo se compensant.
4to. quando laesus petitionem veniae n audiat, vel censetur remittere.
5to. s laesus per illam magis exacerbaretur. 6to. quado apud aliquos
v.g. nobiles viros illa in usu n est, sb aliter fieri sblet reconci-
liatio. 7mo. quando offendens est longe superior offenso, nisi forte exor-
bitatio injuria urgeret, ut etiam a subdito veniam peteret. 8vo. qan.
do alter exigit inquietam humiliationem, nam ad extraordinariam,
et ad arduam n teneris ante sententiam judicis.
Collgs 2do. Sqis moraliter certo prevideat, qđ inimicus n sit 14.
salutaturus, aut responsurus, n teneris eum salutare, aut allo-
qui; imo salutatio, vel allocutio in casu posito n tantum n est
pcepti, sb nec consilii, sqidem salutans, vel alloqens se exponeret
periculo gravius irascendi, insurgendi adversus n salutantem, aut n
respondentem. Dixi: moraliter certo: sqis enim tantum probabiliter
existimet, aut de hoc dubitet, inducendus est, ut saltem una vice
salutet, vel alloquatur, qđsi ille salutet, vel respondeat, lucrabq
est finem inimicum, et proxim illam continuabit; s vero n salutet,
ulteriorem salutationem tuta conscientia omittere potest.
Car. Caliter s debeat gerere confessarius inimicorum? R. Cade. 15.
bitatum esse, qđ inimicus proximo suo reconciliari, et communia
signa charitatis exhibere erga eos absolvi n possit sine scrupulo.
Sio; dilata go interim absolutione precipere debet confessarius
suo poenitenti 1mo ut rogat a Deo exorare fratrem, ejusq in-
vicem. 2do proscribat illi qdam charitatis exercitia v.g. salu-
tem inimici aliquoties Deo, et B.V. commendare, pro illo sacrum

audire etc. ut autem ad hoc præstanda facilius inducatur. 3io pro-
ponat ipsi exemplum Christi orantis pro suis crucifixoribus, S. Stephani,
qi pro salute occidentium oravit. 4to. utile etiam erit, si quando
ut aliquoties per diem recitet pater noster, cum peculiari reflexio-
ne ad illa verba: dimitte nobis. quod postmodum ad S. tribunal
revertatur, et asseveret, se inimico ignoscere ex animo, et illico acqui-
escat confessarius, sed exigerat signa, ex quib conjicere possit, an verba
cordi consentiant: signa vero talia obtinere potest, si illata injuria
diem ab enarrari curet, ex verbis enim, quibus narrans utitur,
advertere potest, quomodo interni affectus sit; nam si ea sine schema-
tibus invectivis proferat, signum erit; si vero aliunde oppositum con-
stet: depositi ex corde rancoris: secus, si narrationi schemata in-
serat, conetur insuper rescire, an inimicum salutet, allogatur, an ne
declinet conspectum ejus? ex quibus omnibus prudenter judicare potest,
an sincere ignoverit inimico suo? quod dicat pœniteus: pater! ex
corde quidem ignovi, et tamen possum oblivisci offensa, totics inimicum
video, toties enim mihi magis exhibit; in hoc casu confessarius in-
terroget, qualiter ne possit oblivisci, an hoc solum sensu? quod offen-
sam seu injuriam ob iniquam ejus atroritatem negat ex memoria sua
delere; vel etiam adhuc in animo vindictam volvat, causa privatam,
adeoq injustam? si ita, tunc absolvat; secus si secundum.

## Lio 10a

## Lis ordo servandus circa Charitatis Objecta?

Not. Ordinem aliqem in charitate observandum esse insinuat Aug.
l. 1. de doctrina Christiana c. 27. ille sancte, et juste vivit --- qi
ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat, quod ne est diligendum,
aut ne diligat, quod est diligendum, aut amplius diligat, quod est minus
diligendum, aut aque diligat, quod est minus vel amplius diligendum.
Porro in exercitio Charitatis duo est ordo servandus; dilectionis nimi-
rum seu affectus, et subventionis seu beneficij; finis seu dilectionis
petitur ex parte objecti, porro objecta sunt Deus, nos, et proximus, seu
Deus, item anima nostra propria, anima proximi, corpus proprium,
corpus proximi; item ex parte objecti beatitudinis, in quantum proximi
habent majorem vel minorem meritorum proportionem ad beatitudi-
nem. Ordo subventionis, seu beneficij petitur ex indigentia perso-
na

cui subvenire habita tamen ratione conjunctionis, qa persona indigeas conjungitur mihi cum, ita, ut inter indigentes praferendi sint conjunctiores. Sorr bona, quibus proximum juvare possumus. vel debemus, sunt triplicis generis ipsum locum tenent bona spiritualia, seu supernaturalia ut beatitudo aterna, virtutes, bona opera meritoria. 2dm locum tenent bona naturalia, et bona corporis, ut vita, integritas membrorum, sanitas. 3tium locum bona externa, ut honor, fama divitiæ; Item bonum commune majus est bono privato, qia bonum commune est bonum totius, et bonum privatum est bonum partis. Dco Amò. Tenemur ante omnia, et super omnia Deum diligere; 2. tenemur autem cæteris paribus magis diligere nosmet ipsos, quam proximum. Autoin. Ratio Ami est qia est principium beatitudinis super cujus communicatione fundatur charitatis amicitia. Rão 2di. qia regla et mensura est prior, potior, et perfectior regulato, et mensurato, atqi dilectio Ai principaliter ut regula, et mensura amoris proximi Math. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. 3.2. ex ordine charitatis homo magis inclinatur ad Ai dilectionem, quam proximi, estque sibi magis conjunctus; unde illud Eccli 14. qi sibi nequam est cui alii bonus erit? unde Aī sicut in citato præcepto tantum similitudinem importat, n egalitatem justa Scripturæ phrasin prout in Math. 5. estote perfecti. Sicut et Pater vester cælestis perfectus est. Dum autem 1. Cor. 13. dicitur, charitas n quærit qo sua sint; hoc verum est, quod n quærat, qa sua sint cum exclusione proximi, ubi sibi et illi potest prodesse; secus ubi tantum alteruter, qia tunc se debet proferre.

3. Qui. Amò. Utrum teneatur i magis diligere in bonis spiritualibus, quam proximum, ita ut sibi potius velit, et comparet Dei gratiam, amicitiam, virtutes, et beatitudinem æternam, quam cuilibet alteri; item teneatur qis magis Ai diligere in bonis spiritualibus, quam corporalibus; nam qid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero sua detrimentum patiatur. 2do. In quacunq corporali necessitate æqali licet sibi potius subvenire, quam alteri privato; nam nemo tenetur diligere proximum magis, quam se ipsum, Aīs; tum sicut se ipsum; nam ut ait D. Th. 2-2. q. 26. art. 5. n est de necessitate charitatis, quod homo proximum corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu, qo teneretur ejus saluti providere, sed

Sed qd̄ aliqis sponte & offerat ad hoc; pertinet ad perfectionem charitatis. Dixi: quam alteri privato, nam subdity tenetur vitam propriam certo periculo exponere pro salute Reipublicæ, vel principis sui, aut alterius personæ Reipublicæ necessariæ; nam membrum periculo exponi imo et abscindi debet pro conservatione totius.

4. Inf. 2do. justa multor nō illum licere alicui, sed et teneri, et obligari qualibet magis se ipsum odigere qād vitam temporalem, et bona ejus conservationi necessaria, quam proximum parem, vel superiorem; qia ut ait Aug. L. de mendacio C. 6. si pro illius temporali vitam suam ipsam temporalem perdat, nō est jam odigere sicut se ipsum, sed plus quam se ipsum, qd̄ sua doctrina regulam excedat; alij tamen multi cum S. Thoma censent, licere, vitam propriam exponere pro servanda vita alterius privati, nō quidem praecise ob bonum vitæ proximi, qe ut talis nō debet preferri vitæ propriæ, sed ob speciale qddam virtutis exercitium, qod in certis circumstantijs emergit ex alio titulo V.g. si vitam exponat pro altero, cujus vita ut utilior ad ut promotionem Regni Dei, si pro parente insigni benefactore ob insigne opus pietatis, gratitudinis; nam actus virtutis fortis, qi tunc exercetur, major bonum est vita temporali; textum citatum Aug. intelligendum esse, si vita amittatur ob vitam proximi praecise singulam ut talem, nō autem ob exercitium virtutis.

5. Inf. 3io. Non licere peccare venialiter pro salute totius mundi qia nō inclinat charitas ad contravenendum legi Divinæ, qa nobis prohibet facere mala, ut eveniant bona; gratior est quidem Deo salus totius mundi, quam unius particularis, sed quando obtineri potest sine peccato. 2do. reus capitis sicut nō tenetur, ita nec licite potest seipsum jubente judice occidere saltem genere mortis difficilioris V.g. si juberetur se ipsum suspendare, aut ensem pectori infigere, cui præceptum charitatis videatur obligare, ut nō adeo crudeliter in se ipsum sæviat. 3io indigerete abrpo necessitate aut grandi utilitate sed magis ex tædio vitæ, quam ob fidei defensionem se offerre martyrio est mortale contra charitatem propriam; idem esto judicium de aliis similibus.

6. Dco 2do. unusquisque ex charitate tenetur proximum magis diligere in spiritualibus, quam se ipsum in corporalibus. Ratio est qia qilibet tenetur odigere proximum sicut se ipsum, atqi qilibet tenetur seipsum magis odigere secundam animam, quam secundam corpus. qa similiter. Hinc tenemur preferre salutem æternam proximi

bonis omnibus nostris temporalibus, et vitam nostram temporalem
periculo exponere pro salute proximi in necessitate extrema spirituali posi-
ti ; hoc est vexatis in periculo aterna damnationis, à qo si cessare
nō possit sine ope nostra, quando ese spes illum juvandi. Ratio est 1. Joan. 3.
hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dedi vob; atq; alg
ita dilexit nos, ut vitam corporalem pro animarum nostrarum salute
amiseritqo. Item 1. Joan. 3. Debemus pro fratribus animam ponere, inda
Aug. lib. de mendacio c. 8. ait: temporalem vitam suam pro eterna
vita proximi nō dubitavit Stephanus amittere. 2.2. bona sunt pro digni
tate diligenda tum nobis, tum proximis, sed bona anime spiritualia pra-
valent corporalibus; Hinc Joan. 4. Et nos debemus animas pro fratribus
ponere, et c. ts. majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam si-
am ponat qis pro amicis suis.

Inf. Generis infantem ~~mortuum~~ morituum baptizare etiam cum vi- 7.
te damno, si alius nō adsit qi id faciat. 2do. si scias aliqem exister
te in peccato mortali interficiendum in omno, vel nil cogitan-
te ea ; teneris eum vita periculo ei subvenire. 3io. tenetur parochy
per se, vel per alium sacramenta petentibus administrare etiam cum
periculo propria vite perdende. 4to. potest, imo tenetur miles in
bello justo tempore obsidionis muros conscendere, stationem designatam
custodire. 5to. si latro scripto gladio alicui minaretur mortem,
posset hic non solum se defendare, sed etiam quando aliter tuto eva-
dere nequit, occidere, quamvis provideret, eum damnatum iri ; ratio
est, quia hic latro se gerit in extrema necessitate spirituali, sed pro-
tinus in extrema malitia, qi facile se juvare potuisset, modo voluis
set à pessimo suo proposito desistere ; Caterum ut sit obligatio ex
Charitate pura postponendi vitam nostram corporalem saluti proxi-
mi spirituali, requiritur, ut ex una parte sit extremum, et infallib.
le periculum salutis proximi ex alia parte, ut adsit certa spes illius
conservanda, vel recuperanda ; sicus est autem, si spes sit tantum
probabilis, nego adsit extrema necessitas succurrendi, nisi aliunde ex
officio adsit obligatio procurandi salutem proximi, qualis obligatio
est v. g. in Parocho.

Inf. 2do. Ex Antonino in gravi necessitate spirituali communitatis 8.
teneris ei subvenire etiam cum vitæ periculo : quia talis necessitas
semper est conjuncta cum necessitate extrema aliquorum privatorum,

nam multi in illa necessitate probabiliter pereunt. Hinc si gravis foetus alicubi grassat, teneris cum periculo vitae cavere, et prolis, et nemo alius impediat. Item si in persecutione, vel hostili incursione plebs aliqua careret Sacerdote, et aliunde esset exposita gravibus periculis peccandi, teneris cum periculo vitae illi spiritualiter; eadem dic de similibus.

9. Nota. Pro majori necessitatis notitia, in qa potest proximus versari, communiter a Doctoribus 2 les necessitas animae assignantur: in communi necessitate animae censetur proximus constitutus, in qa proximus sine alterius ope facile salvari potest, ut v. g. si in communi periculo occasione est constitutus. In gravi, in qa proximus potest salvari absque alterius ope, sed valde difficulter; in tali necessitate spirituali est extraordinarius pastor infectus copiam confessarii habens, si eidem sua saluti absolute providere possit per actum perfectae contritionis, sed qia valde difficilis est ejusmodi actus, censetur esse in gravi necessitate. In extrema tandem, in qa, nisi hic, et nunc juvetur, debet aeternum damnari; in tali necessitate est infans, sine baptismo moriturus, nisi te casu proximo periculo, ut ipsi per baptismum subvenias.

10. 2do. Tantum ad dilectionis affectum ille est inter proximos praeferendus, qi sanctior est, et melior. Hujus. Ratio est: qia ille est Deo conjunctior, majoremq; habet ad beatitudinem meritorum proportionem; unde decet in eo plus diligimus extraneos intime conjunctos, quam consanguineos minus illis unitos; ita et nunc idem praestare debemus cum proximis diligendis et in ordine ad beatitudinem.

11. 3tio. Quoad amorem affectivum simul et effectivum sive temporalem, sive spiritualem ille est inter proximos praeferendus, qi nobis est conjunctior sive sanguine, sive amicitia, sive officio, sive religione sive convictu, ita ut qo major, et intimior, aut nobilior est conjunctio, eo majori ardore, aut cura indigenti succurramus; ordo autem qi servatur inter conjunctiores, etiam servandus est inter indigentiores. nam ratio dictat magis diligendos esse conjunctos, quam extraneos, et conjunctiores, quam minus conjunctos. Unde s. Aug. L. 1. de doctrina christiana c. 28. ait: cum omnibus prodesse si possis, his potissimum consulendum est, qi

constrictius tibi conjunguntur; patria tamen post S. Statoine, seu res-
publica præferenda est parentibus; quia est totum, cujus sunt partes
parentes, qui proinde tenentur vitam pro illius salute exponere.
Infer. 1mo. Cæteris paribus ex consanguineis præferendi sunt propinquio-12
res, nam ob propter naturalem conjunctionem tenetis magis diligere
consanguineos, quam extraneos, tenetis etiam cæteris paribus propter na-
turalem conjunctionem majorem; magis diligere consanguineos pro-
piquiores; ex consanguineis autem æque propinquis tenemur magis
diligere digniores, seu aliqua in consanguinitate eminentiam haben-
tes; nam hoc ipso cæteris paribus sunt magis diligibiles.
Infer. 2do. Pater ipsos consanguineos per se loquendo 1mo. Pater et 2do.
Mater in necessitate extrema, ubi vita periclitatur, præferendi sunt
filijs, et uxori, et alijs omnibus; quia præter communionem sanguis-
nis habent eminentiam principij; sunt enim principium nostri esse,
quod est ingens beneficium; extra necessitatem extremam, et ubi agi-
tur de conservatione propriæ status, uxor et filij præferri debent paren-
tibus, ut docet S. Thom. propter arctiorem in communi victu, et vita
societate conjunctionem viri et uxoris. 2do. Cæteris paribus pa-
ter præferendus est Matri; quia est principalior, et nobilior Causa nostri
esse naturalis, cum sit præcipua Causa generationis, eaque fami-
lia caput. 3tio. uxor præferenda est filijs, quia est una Caro cum
Marito, et ideo ei conjunctior est, quam filij. 4to. filij præferendi
sunt fratribus, quia cum sint pars à patre derivata, ei sunt conjunc-
tiores. 5to. fratres præferendi sunt cognatis; et ex his viciniores
remotioribus, quia major est sanguis conjunctis cum prioribus; sicut
in naufragio, vel alio mortis periculo filius tenetur patrem
pro alijs omnibus liberare, uxorem pro filijs etc. Sorro Pixi: per
se loquendo: nam post charmes: fieri potest per accidens, ut is
alteri præferatur, qui naturaliter deberet postponi; sic mater bona,
quæ prolis curam digne gerit potest præferri patri malo, et filio
malefico; sic filius in rebus domesticis multum necessarius
potest præferri uxori clamorosæ, et inutili etc.
Infer. 3tio. Inter extraneos meliores præferendi sunt alijs, 14.
nam ob majorem sanctitatem sunt Deo conjunctiores, ideoque ma-
gis amabiles; justus peccatori, fidelis infideli, Catholicus
Hæretico ob majorem conjunctionem spiritualem; item

Persona publica, vel bono communi valde utilis preferenda est privatæ; item preferendi sunt ceteris paribus benefactores spirituales præsertim amicis, quia major est gratitudinis, quam familiaritatis connexio; item tenemur exemplo pastoris Evangelici præstare in negotio salutis, infirmiores fortibus, quia magis eorum, quam horum salus periclitatur; idem faciendum est respectu suum, et agrotorum in temporalibus; idque ob majorem necessitatem.

15. Infer. 5to. Præfata esse intelligenda in pari necessitate: nam extraneus in majori necessitate positus præferendus est proximo propinquo eo quo minus indigenti; cum enim præceptum charitatis ad obligat ad benefaciendum alteri, nisi sit in aliqua necessitate, magis potius obligat, ubi major est necessitas. Hinc extraneus in necessitate gravi spirituali debet præferri consanguineo necessitatem corporalem patienti; quia tunc necessitas extranei est major ob indigentiam boni magis necessarij; et quia sicut tenemur magis diligere proximum in spiritualibus, quam nosmet ipsos in corporalibus; ita et tenemur magis diligere extraneum in spiritualibus. Porro obligatio servandi hunc ordinem est ex genere suo gravis: cum nascatur ex præcepto charitatis gravissimo, et ejus materia, ac finis sit gravis; quod licet possit omnibus subvenire, teneatur aliis deficientibus.

16. Infer. 6to. Sacerdos, si simul vocetur ad baptizandum infantem, et absolvendum adultum morituros, quorum alteruter certo morietur sine Sacramento, qui nempe postponetur alteri; hac modalitate procedere debet; si adest laicus, qui potest baptizare debet illum mittere ad infantem baptizandum, et ipse ire ad absolvendum; si autem nemo adest qui baptizare possit, infans præferendus est adulto, infans enim certo periret, sero adultus, qui forte non est in peccato mortali, aut si est, per contritionem se juvare potest.

17. Infer. 6to. Peccare, et quidem juxta communem mortaliter contra charitatem Religiosum illum, qui toties gaudet, quoties a superiore suo graviter saltem notabiliter corripitur, et confunditur; item gaudio coram alijs Religiosis evenit, ut mortificationibus castigetur, ergo eidem desiderat quia revera eum odio habet, et ex affectu vindicta nulli privata persone licitæ, moveatur ad grave malum ipsi desiderandum, aut gaudendum de malo gravi Confratris; potest tamen excusari, si non ex odio, sed ex zelo Religionis moveretur, ut nempe correptus cesset a delictis,

qs in scandalum populi, et Religionis praejudicium fregeater committeh
scelus n personam, sed delictum odio habebit. 2do. n potest filius optare
ve mortem Patris inefficaciter, et affectu singulci, ac de illa gaudere,
ut hereditate tandem fruatur; neq; subditus prelati, ut in Prelatura ei
succedat. nec paeales mortem prolium, ne eas dotare cogantur. quam
quavis liceat proximo innocenti optare malum saltem affectu singulci,
et de illa gaudere inefficaciter, quatenus nobis, vel alteri bonum est,
quando nempe bonum, quod intendimus, est vata praeponderans vite alte-
rius, ita, ut etiam ipse, cui malum optatur, rationabiliter n possit
esse invitus, ut fiat bum Ecclesia grat, et in bonum Christianorum, et ad
Dei Gloriam obtinendam Status paganorum conterantur; n licet ta-
men sic optare, quando bonum intentum n est ita praeponderans, ut est
in positis Exemplis.

## Lō 11ta.

## De Officijs Charitatis, seu de Operibus misericordiæ.

Not. Misericordia est alieno miserie effectus passio cum volun. 1.
tate scilicet miseto succurrendi; et cum miseria hominis alia sint
corporales, alia spirituales; hinc opera misericordia dividuntur in
corporalia, et spiritualia; Porro opera misericordia corporalia sunt sep.
tem; nempe infirmum visitare, ibicatem potare, esurientem pasce-
re, captivum redimere, nudum vestire, hospitem colligere, mortuos
sepelire juxta hunc versum

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Similiter septem sunt opera misericordia spiritualia; nempe dubi-
tanti consulere, peccantem corripere, ignorantem docere, tristem
consolari, offendenti remittere, onerosum sustentare, pro omnibus
orare; qe comprehenduntur hoc versu:

Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

Circa illa misericordia opera de duobus tantum nimirum de
Corporali eleemosyna, et de correptione fraterna nobis est sermo-
nendum. sit igitur

## §. 1mus

## Qid Correptio fraterna, an, quando, et à quibus habenda sit?

Nota. Lex est directio, juridica; et est actus justitia vindi- 1.
cativæ ordinatus ad bonum ad emendationem delinquentis

sed etiam ad ejus castigationem ob bonum commune, et aliorum terrorem.
Paterna est actus auctoritatis, qo superior absq forma judicij corrigit de-
linquentem, tum ut emendetur ipse, tum ut tollatur scandalum alio-
rum; et fraterna, et est actus misericordiæ, qo qis proximum moni-
tione salutari à peccato revocare conatur; De his vel maxime
De fraterna
2. Pcb Imo. Extat præceptum correctionis fraternæ. Communis. Probr.
Eccli 19. corripe proximum, ne forte iterabit et 2. Thess. 3. corripe ut
fratrem. et Matth. 18. si peccaverit in te frater tuus, vade, et cor-
ripe eum. Nec inde inferas: tantum est obligationem ipsum corripi-
endi, quando in te peccavit, et nō quando peccavit in Deum, aut proximum;
nam teneamur ipsum corripere, nō qia nobis injuriam fecit, sed qia pec-
cando seipsum perdidit; qđ etiam accidit, ubi in Deum, aut proximum
peccavit. Hinc S. Aug. Serm. 16. de verbis Dñi ait: Tu vulnus
fratris tui contemnis? tu eum vides perire, et negligis? pejor es ta-
cendo, quam ille convitiando.
3. Pco 2do. Ubi adsunt conditiones mox recensenda, semper facien-
da est correptio fraterna, quando peccavit proximus mortaliter, imo
etiam interdum, quando venialiter. Probr. 1ma pars. qia peccatum mor-
tale est gravis proximi miseria, inferens ipsi notabile detrimentum
in ordine ad salutem, et consequenter gravis est obligatio ipsum sub-
levandi per correptionem. Probr 2da pars. qia licet quædam peccata
venialia sint periculosa, ut sit moraliter certum, illius assuetum
peccaturum mortaliter, et si juvenis pauco tempore ter, quaterve
modica scripserit; tunc enim cum periclitetur salus proximi, urget
etiam obligatio ipsum corripiendi; imo cum defectus leves in Commu-
nitate Religiosa spe frequentati nati sint disciplinam Regularem
notabiliter relaxare, teneretur superior sub gravi peccato corripere de-
linquentes; ad qđ etiam tenetur deficientibus superioribus quod-
libet Communitatis membrum, si comode facere possit, et fructus
speretur, cum ipsum graviter impellat charitas ut grande malum
à fratre suo Religioso avertere conetur.
4. Pco 3tio. Hoc præceptum obligat omnes, et singulos etiam aga-
les, inferiores, laicos, peccatores, quando utiliter corripere possunt
sine suo gravi damno. Antoine. Probr. Eccli 17. mandavit
unicuique de proximo suo adjuvando, scilicet in omnibus ne-
cessitatibus

tum corporalibus, tum maxime spiritualibus; unde Exod. dicit. 1Ioh. 5. Vid.
c. 32. de hereticis ait: cum aliud sit, fratrem peccantem occulte cor-
ripere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam Evange-
licam. 2. hoc obligatio oritur ex charitate, et misericordia
que sicut ad eleemosynam corporalem, ita etiam ad spiritualem obli-
gat omnes, qui possunt illam facere; unde etiam subditus tenetur
corrigere superiorem; nam praeceptum correctionis fraternae obligat
ad subveniendum per correctionem omni proximo in miseria spiri-
tuali constituto, nec ad hoc requiritur jurisdictio, sed sufficit con-
junctio charitatis, qua cateris paribus debet esse major erga superio-
res, qui etiam sibi magis indigent, cum in majoribus obligationibus, et pe-
riculis versentur; debent tamen corrigi decenter, et magis obsecrando,
quam arguendo juxta dict. S. Seniorem ne increpaveris, sed ob-
secra, ut patrem, nisi ex ejus peccato periculum gravis scandali, vel
fidei immineret, tunc enim etiam publice corripiendus esset superior.
Item. Inferiores, ut parentes, Domini, Pastores, Prolati ad corri- 5.
gendos subditos magis obligantur tum ex charitate; nam chari-
tatis ordo id postulat, et sunt magis idonei, tum etiam ex justi-
tia ratione officij; unde illud 1. Tim. 5. Si quis suorum - - cu-
ram non habet, est infideli deterior, hinc eorum obligatio ad plures
actus se extendit; nam tenetur de eorum peccatis ingerere, ut
illa corrigant, et eorum bonum spirituale promovere quatum pos-
sunt; debent enim ipsi pervigilare, quasi rationem pro animabus eo-
rum reddituri Heb. 13. imo debent punire suos subditos, etiamsi
nulla sit spes emendationis, ut scandalum tollatur, et alij de-
terreantur.

Dico 4to. Ut obliget correptio fraterna saltem sub mortali, debe- 6.
bunt adesse sequentes conditiones: 1ma corrigens debet esse moraliter
certus de commisso, aut committendo peccato mortali, aut ad mortale
vergenti, aliqui temeraria foret correctio, et ideo non sufficit du-
bium, suspicio, timor, scrupulus, aut rumor, cum ex his nonnunquam
infundatis nata sint ingenti proximi turbationes, quam emendationes;
verum an obliget hoc praeceptum, ut peccatores quaramus? minimè,
nisi simus superiores; sed sufficit si obvios, aut coram nobis peccantes re-
prehendamus. 2da. ut corripiendus non resipuerit, quia ubi resipiscentia

ibi inutilis correptio. 2da. ut sit probabilis spes emendationis prox.q
noli arguere deriforem. nam desperato fine nemo tenetur ad me-
dium inutile, et correctio n̄ est precepta, nisi prout conducit ad emen-
dationem proximi, qe est ejus finis intrinsecus. Excipe nisi redar-
guitio necessaria, vel utilis sit ad conservandum honorem Dei, vel famæ
proximi, aut scandalum aliorum impediendum; aut cum qis blasphe-
mias, vel errores profert, aut detrahit proximo, tunc enim fieri debet
correctio, etiamsi nulla sit spes emendationis delinquentis, ne taceri-
do videatur approbare malum; et qia teneris injuriam Dei, et grave ma-
lum proximi impedire, cum potes. Porro n̄ est omittenda correptio prox.
ter aliqan tristitiam delinquentis, vel etiam iram cum aliqali in-
tervi, si tandem speretur emendatio, qia hoc per accidens sequitur,
et ad impedendum majus malum permitti possunt. 4ta. ut citra
grave incomodum fieri possit. 5to. ut n̄ adsit alter magis idoneus
vel dignitate, aut etate superior, qi commodius, et possit, et velit
corrigere; nam tunc peccaret n̄ indiget tua correctione. 6ta ut
sit verosimile, indigere peccatorem correptione, qia si putatur per
se ipsum emendandus, obiisi corripitur; Deinde fieri debet opportuno
tempore, quando scilicet fructus probabiliter sperari potest; quare n̄
semper faciendæ est statim, quprimum peccatum cognitum est. 2do
si dubitetur, sitne profutura correctio? R. si de fructu dubites,
et simul certo scias obfuturam n̄ esse, teneris corrigere, qia sicut
in morbo corporali, ita et in spirituali remedium, qod n̄ est obfuturum,
adhiberi debet in dubio, an sit profuturum, si nullum certius adsit;
Si vero dubites non modo, sitne profutura correctio, sed etiam num
sit nocitura, eam omittere debes, qia cum correctio ad emendatio-
nem ordinetur, fieri n̄ debet, cum ea immineat peccatum proximi,
ac ejus emendatio; Excipe nisi aliqua moriturus esset in mor-
tali, ipse admonendus esset, ne proximus damnetur in æternum.
7. Inq. Corripiendum, et docendum esse eum, qi peccat ex ignorantia;
imo si ignorantia sit culpabilis, qia est in gravi miseria spirituali,
cum hæc ignorantia sit peccatum. nec excusat a peccato. 2do si
male agat ex ignorantia invincibili juris naturalis, vel etiam posi-
tivi humani, quando fructus speratur: qia talis ignorantia est mag-
num quoddam proximi malum, et varia incomoda afferre potest,

ut scandalum habitum pravum, vino et periculum postea peccandi for-
maliter. Dic S. Th. invincibilis ignorantia medij necessarij ad finem,
quia talis ignorantia conjuncta est cum evidenti periculo damnationis.
Pco sto per 2 loquendo servari debet secundum omnes ordo à Xpo 18.
proscriptus, scilicet ut proximus corripiatur primum secreto, deinde coram
uno, aut duobus alijs, si secreta monitio nil profuerit: tum vero res
ad Superiorem deferatur. Math. 18. Corripe eum inter te, et ipsum so-
lum --- si te audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos --
quod si audierit eos, dic Ecclesiæ. Ratio est: quia hoc ordo est præcepti
tum positivi, tum naturalis; positivi quidem; nam hæc verba: adhibe,
dic, tam præceptum sonant, quam illud: corripe. naturalis autem
nam lex naturalis præcipit, ut proximum corrigamus sine detri-
mento illius famæ, si fieri possit, vel certe cum minimo, quod sufficit,
ad correctionem; igitur si sufficiat secreta monitio, non licet adhi-
bere testes; si vero testis sufficit, licet adhibere plures: si testes non
sufficiunt, deferendum est ad Superiorem. Dixi: per se loquendo: cum
enim præceptum hoc sit affirmativum, non obligat pro omni tempore, sed
quando charitas et recta ratio dictat.
Fateor. Segentes casus excipiunt, in quibus peccatum proximi statim de- 9.
ferendum est ad Superiorem. 1mo. quando crimen est publicum; quia pub-
lica publice aquenta sunt ad aliorum terrorem. 2do. quando peccatum
etsi occultum est pernitiosum Reipublicæ, aut Ecclesiæ, ut proditio, hæ-
resis, falsificatio monetæ, veneficium etc. nam horum commissi pro-
ferendum est privato, et illi sufficienter providendum, etiam cum infamia
noxentis: item si peccatum cedat in grave damnum tertij privati
ut Sijs furtum grave, vel necem alterius machinetur, ad turpia solli-
citet, rixe conflet, hoc malum impeditum iri per secretam monitionem;
quia secundum ordinem charitatis præferri debent innocens noxenti
volunterie ladenti. 3tio. quando prudenter judicatur à prudentia tua
monitio, nec aliorum inferiorum; nam tunc duo priores actus cessant inu-
tiles, et proximus tuus eget correptione Superioris, ut Petrus, cui tunc
revelatur, ut singulari persona, qui tenet locum testis idonei. 4to. si
alter satisfactionem tibi debitam denegat, tunc potes illam petere
à Superiore, quia jure tuo utebris. 5to. quando proximus cessit jus, quod habet
ne defectus, et peccata denuntientur Superiori, non præmissa monitione
secreta: nam quisque potest juri, ac favori sibi renuntiare, nisi de vergat
in aliorum damnum; porro non licet delictum grave subditi perfecte emenda-
tionem sine relapsus periculo deferre Superiori, quia sine causa subditus

quid superiorem infamaretur; Ea dictis seqtr, cum peccare mortaliter, qi ex timore, ne proximus offendatur, et se ipse aliqd leve damnum patia-
tur, omittit in re gravi correctionem, qam putat profuturam; item qi sine justa causa ñ servat ordinem à jure prescriptum; item si corri-
pit aut denuntiat ñ ex charitate, ut proximus emendetur, sed ex odio &c.

## §. 2dus

Ad 2dum Eleemosyna, an, quando, qibz, et à qibus danda?

1. Not. Necessitas corporalis proximi dicit est. Una extrema, ex qa immi-
net mors vel mutilatio, nisi ei succurratur. 2da. gravis, qam homo, nisi ei subveniatur, ñ potest vitare, ut captivitatem, gravem infamiam, amissionem status, vel dignitatis, vel jacturam notabilem bonorum, vel magnam miseriam, qe reddat vitam graviter molestam. 3tia. communis. qe parit aliqod incomodum in necessarijs ad vitam, vel statum, ita tamen, ut ñ reddat vitam nimis miseram, statutis statu, et conditione patien-
tis; hac de necessitate 3tri corporali, sicut in simili de necessitate spiri-
tuali proximi qñd &c. nro q. hujus Disput. Diximus.

2. Not. 2do. Bona quat. 3tio generis. nam tria alia sunt necessaria
natura, seu vita, quæ qibus conservari ñ potest vita nostra, et aliorum, quorum cura nobis incumbit. 2da. alia sunt necessaria statui, sine qibus ñ potest qis convenienter vivere secundum conditionem et qualitatem proprie-
tem propria persone, vel aliarum, quarum cura ei incumbit, et hæc iterum duplicia sunt, quædam enim sunt necessaria ad statum saltem, ea nimirum, sine qibz aliqis suo statu excideret; quædam denotant ad statz decentiam, modestiæ Christiano consentaneam. 3tia. alia ñ sunt necessaria, sed superflua, vel sito, vel statui, vel utrique.

3. Not. 3tio. necessarium statui complectitur bona, qa requiruntur ad susti-
nenda onera familiæ, ad alendos famulos, ad filios educandos, filias do-
tandas, ad liberales donationes, moderata etiam cum amicis convivia,
item ad illum statum servandum, in quolibet casu calamitoso probabili-
ter eventurus, ut fame morbi, bellum, sterilitas &c. Dixi: probabiliter, nam
ñ debet attendi ad omnes casus qi possunt contingere in futurum, hoc enim
esset de eventibus cogitare, qod Dns prohibet Matth. 6. sed debet judicari
superfluum, et necessarium secundum ea, qa probabiliter, et ut in pluribz
occurrunt; qod multi habeant superflua; Nunc Tenor. 1tum. damna-
vit hanc propos. vis in Secularibz invenies, etiam in Regibus superfluum
statui, et ita vix aliqs teneatur ad eleemosynam, quando tenetur tan-
tum ex superfluo statui. Caterum de necessarijs vitæ ñ est obligatio
faciendæ eleemosynam, qia suam, suorumqz vitam qivis potest, et debet.

rarie debet alteri vitæ proferre, ut exigit ordo charitatis.

Pco 1mo Extat præceptum Divinum naturale, et positivum dare eleemo. H.
siam obligans sub mortali. Antoin. Probr. Mark. 25. ubi damnationi
æterna addicuntur, qi eleemosynam omiserunt. Discedite à me maledi.
cti in ignem æternum, sitivi enim, et à dedistis mihi naducare. Item
j. Joan. 3. qi habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum
necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Di
manet in eo? go suæ sunt elargitiones eleemosynæ ut possit servari cha.
ritas, eleemosyna est graviter præcepta. Porro hoc præceptum extenditur ad
quilibet opera misericordiæ, et subsidia tua corporalia, cum spiritualia,
vitæ proximi indiget, cum tenemur in charitate, qa tenemur diligere
proximum sicut nosmet ipsos, et ei facere, quod nobis fieri rationabiliter
vellemus. Et vere si tenemur subvenire proximo in necessitate corporali,
multo magis etiam tenemur in necessitate spirituali, nam longe potior
cura habenda est salutis animæ, quam vitæ corporalis, quare quidquid dicitur
de eleemosyna corporali, dem cum proportione applicari debet spirituali.

Pco 2do. Licet in extrema necessitate proximi teneatur sub mortali 5.
ei subvenire, non tenetur de superfluis statui, sed et de necessariis adsta.
tûs decentiam. Antoin. qia charitas ordinata exigit, ut vitam proximi
plus diligamus, quam decentiam statûs nostri, et huic cum properamus,
non tunc etiam adjuvandi est proximus ex bonis quidem modo integri
statûs necessariis. nam juxta ordinem charitatis vitæ proximi pro.
videnda est quidam integritati status propriæ. Non teneris sub mortali
proximo in tali necessitate subvenire? etiam cum dispendio honorum,
et ob hanc causam detrahere de statûs tui splendore, ornatu, fami.
liorum numero, et cæteris simplicibus.

Pco 3to. In gravi necessitate proximi quisq; sub mortali tenetur ei sub. 6.
venire de bonis statui superfluis. Est commis. Probr. hæc verba dicti: Qui
vivit, et à dedistis mihi naducare, ly important præceptum Eleemosynæ
in necessitate extremæ, sed frequenti, quam indicant fames, sitis; item
significant hæc verba Luc. 3. qi habet duas tunicas, det non habenti, et qi
habet escas, similiter faciat. S. T. Licet teneatur amare proximum sicut se
